8 Si labores virtutis, & vitiorum contuleris, longè grauiores ex vitijs ortos inuenies. ibidem.
9 Cordis ob peccata amaritudo Dei ſortitur patrocinium, & verum mutatur in gaudium. 233
10 Imprudenter ambitur ſplendens pompa, cùm eſſe ſoleat grauiſſima ambientis ſarcina. ibid.
11 Militum Princeps eos in officio contineat, nec iniuſtas prædas permittat agere, aut morum menſuram tranſilire. 234
12 Qui in Deum commiſit delicta, pro Deo contra aduerſarios apprehendet arma. ibid.
13 Parentibus, præcipuè longæuis, ſatagat prouidere, qui cupit vitam producere, & pericula fruſtrare. 235
14 Dignum maieſtate eſt nobilibus ſenibus prouidere, & alimenta præſtare. ibid.
15 Prudentia eſt inualidis miſericordiam impendere, ob quam poſſis magna lucra rationabiliter ſperare. 236
16 Ex Deo eſt, ſi eligas periculis, & incommodis afflictari, vt à peccatis proximos poſſis eruere. ibid.
17 Tutius aliquando eſt in ſaltibus inter feras degere, quàm cum fraudulentis aulicis conuerſari. 237
18 Perſecutio ob virtutem magni æſtimanda, & commodis præferenda. 238
19 Perículoſior aliquando eſt incauta tranquillitas, quàm cauta aduerſitas. ibid.
20 Securior inter pericula viues obedientia tectus, quàm in tranquillitate tuo arbitrio ductus. 239
21 In Regum curijs raró inuenitur, qui à periculis arceat, frequentiſſimè qui impellat. ibid.
22 Aliundè afferendus eſt, qui magnatibus veritatem oſtendat, & ad ſalutem vtilia edoceat. ibidem.
23 Ferè ſemper quiſque cæcutit erga propria, licèt perſpicacibus oculis videat aliena. 240
24 Qui ſpecialia à Deo accipit beneficia, religioſa præ alijs exhibere tenetur obſequia. ibidem.
25 Etſi magnates, Principeſque viridarijs, & nemoribus videantur recreari, internis ſolent ſolicitudinibus adurgeri. 241
26 Superior à probroſis verbis debet abſtinere, cum peccantes adnititur caſtigare. ibid.
27 A politicis, aulicisque plus attendi ſolet, quàm rationis pondus, generis decus. 242
28 Apud politicos, & aulicos cauſa melior, à qua eis fructus prouenire poteſt copioſior. ibidem.
29 Magnatum ſeruis opus eſt aut iuſtitiam violare, aut querelam inuidioſam ſubire. 243
30 Vera charitate flagrans iniuriam ſibi factam ſuſtinet patienter, ne inferatur alteri, ſe opponit audacter. 244
31 Plus aliquando à magnatibus grata obtinetur adulatione, quàm eximijs meritis, & virtute. ibid.
32 Aliquando malè collocatum præmium fuit militaris virtutis faſcinum, & attulit largienti periculum. 245
33 Si iudex degeneri præoccupetur affectu, innocentia graui obſcuratur reatu. ibid.
34 Fidem vni delatori præbere, eſt ſe melius erroribus implicare. 246
35 Improbitate conſtat laborare, qui in alio vera non punit delicta, & in alio punit ſolummodò colorata. ibid.
36 Eadem actio pro aſpicientis affectu nunc videtur laudabilis, nunc reprehenſibilis. 247
37 Iudex, quam factam ſibi ſuſpicatur iniuriam, non ſolùm punit rigidus, ſed ferus. ibidem.
38 Manus in Dei Sacerdotem extendere eſt in ſe ardentiſſimam iram Numinis concitare. 248
39 Principibus in iuſſis rationabiliter eſt promptiſſimè obtemperandum, in inique decretis nullatenus eſt parendum. 249
40 Quæ ob virtutem pericula deſpiciuntur, ipſa virtute fruſtrantur. ibid.
41 Quod pluribus ſub generalitate præcipitur, aut lentè, aut nunquam impletur. 250
42 Implacabili dæmon perſequitur odio Euchariſtia hominem obarmantes, & ab voluptatis inſidijs eripientes. ibid.
43 Ille præ alijs habetur amicus, qui ad perpetranda ſcelera eſt ſocius. ibid.
44 Sæpè apud ſæculi Principes excellit præmijs qui eorum annuit iniquiſſimis votis. 251
45 Frequenter mors eſt vitæ legitima conſequentia, & morum lingua. ibid.
46 Apud Principes innocentia raró inuenit tutelares, potentia, & nobilitas plurimos obtinet defenſores. 252
47 Ambitioſus deſæuit truculentiſſimus, & præ feris extimeſcendus. ibid.
48 Qui humana ſitienter exambit, nullum apud ſe virtutis veſtigium remanere permittit. 253
49 Deo adhærere eſt vitam producere, & periculum ſalutis repellere, ibid.
50 Si honeſta alterius facta referantur, quid frequenter præciditur; ſi inhoneſta, aliquid ſemper augetur. 254
51 Iuſti culpis ſuis ſolent adſcribere, quæ infauſta Rempublicam ſolent premere. ibidem.

CAPVT

## CAPVT XXIII.

1 PRæcipua dæmonis cura eſt homines cœleſti pane priuare, quo facilius poſſit ſubruere. 256
2 Dei auxilium ſemper eſt promptum, auxilium creaturarum frequenter eſt tardum. ibidem.
3 Oratione debet præmuniri, qui adſultus dæmonum cupit repellere. 257
4 Ita proximis eſt exh bendum auxilium, vt virtutis non patiaris detrimentum. ibid.
5 Animus vera in Deum confidentia obarmatus nec periculis deterretur, nec humanis perſuaſionibus reuocatur. 258
6 Multorum in contrarium iudicia te non debent ab honeſtate auertere, ſed prudentia ſuadet rem maturiùs præmeditari, & attentiori ſolicitudine expendere. ibid.
7 Iterata erga arduum negotium conſultatio clariorem lucem ſolet afferre, & animum confirmare. 259
8 Parum iuuat veritatem agnoſcere, ni adnitaris implere. ibid.
9 Magnum tibi proueniet lucrum, ſi benignè exceperis miſerum. 260
10 Peccatores, quod à Deo eſt, dæmoni ſolent applicare, & quod à diabolo, Deo adſcribere. 261.
11 Ad perpetranda mala plures inueniuntur exprompti, ad virtutem non ſic inuolant aliqua difficultate implicati. ibid.
12 Fruſtrantur vota, quia conſiliorum participes prodiderunt ſæpè ſecreta. 262
13 Sæpè magnis beneficijs obligati metu, aut ſpebus inueniuntur corrupti. ibid.
14 Proſunt præſtita Numini obſequia, vt imminentia eludere valeas pericula. 263
15 De alienis defectibus non eſt loquendum, præcipuè ſi occulti, & ſilentio preſſi. ibid.
16 Nulla interponenda eſt mora, vbi imminent ſaluti pericula. 264
17 In terrenis radices non figat, qui pericula eludere anhelat. ibid.
18 Deſerta delicijs nuda contra fraudes dæmonis ſunt validiſſima caſtra. 265
19 Ambitio nullo labore frangitur, virtus aliquando difficultatibus deterretur. 266
20 Cœleſtis diſpoſitio nullis queit artibus impediri, aut machinamentis labefactari. ibidem.
21 Nulli labori parcendum eſt, vt hoſtis maturè deprehendas conſilia, & fruſtraueris deſideria. 267
22 Qui ob virtutem perſecutionibus affligatur, ſupernis, dum affligatur, conſolationibus fruitur. ibid.
23 Certa futuri regni ſpes duriſſimos etiam labores emollit, & aſperitates mellit. 268
24 Magni amoris indicium eſt, ſi gaudeas tibi alium præferri, teque poſtponi. ibidem.
25 Qui Chriſto Domino adiungitur, dum à plurimis deſeritur, facilè aſſequitur vota, & impetrat poſtulata. 269
26 Apud ſæculum florentes Chriſti proximitatem auerſantur, & vitijs inſeruire totis viribus adnituntur. ibid.
27 Nonnulli gratis operas ſuas offerunt, quo alij inſana expleuerint deſideria, & deteſtanda perpetrarint peccata. 270
28 Nunquam exiſtimant Principes ſatis remuneratum, quem explendis ſuis inſanis appetitionibus inuenerunt idoneum. ibidem.
29 Nunquam otiandum, ſi hoſtem ſuſtineas potentia inſtructum, & multiplici fraude armatum. 271
30 Peccatores omni ſolertia curant, ne vitiorum occaſiones labantur, virtutis aſſeclæ non adeò adlaborant, vt exercendæ virtutis occaſiones elucrentur. ibid.
31 Subditi, ſi agnouerint ſuperiorem inerti marcere ignauia, diligenti non obtemperabunt ſolertia. 272
32 Non facilè dæmonis cedunt ſtudia, ſi ab eo impetitus omnia mundi deponat impedimenta. 273
33 Qui vult prætenſos à dæmone laqueos effugere, ad ſuperna ſemper conetur aſcendere. ibid.
34 Imprudenter præſumit periculum euadere proximitate vicinus, cùm prudenter timeat longa diſtantia potectus. 274
35 De proprijs viribus deſperare, eſt ſibi auxilia cœleſtia adſciſcere. ibid.
36 Qui pro virtute alacriter ſubiuit periculum, deſperatis in periculis Deum ſortietur ſibi patronum. 275
37 Sæpè Principes Rempublicam præſidio nudant, vt affectionibus inſanis deſeruiant. ibidem.
38 Ipſum, quod exhibuiſti Domino obſequium, ſalutare inuenies tibi profugium, 276

## CAPVT XXIV.

1 EOrum ſolerter eſt fugiendum conſortium, à quibus expertus es promanaſſe tibi periculum. 278
2 Salus miraculosè à Deo accepta vigilanti ſolicitudine eſt aſſeruanda. ibid.
3 Odium, inuidentiaque ſic obcæcantur, vt ſua contemnant pericula, & inuidioſis procurauerint detrimenta. 279
4 Quiſquis iniuſtè alteri inſidias molitur obtendere, eiſdem ſolet miſerabiliter implicari. ibidem.
5 Infelicitatis præſagium eſt, ſi pars dignitatis præciditur, & à Principe non aduertitur. 280
6 Prodigioſum eſt intra rationis limites ſe continere, ſi in contrarium inuitent commoda, & vrgeant amicorum conſilia. ibidem.
7 Viri perfecti vel dum heroicas operantur virtutes, aliquid inueniunt, quod arguant, & dolore acerrimo deleant. 281
8 Regia dignitas vel in peruerſo debet ſuſpici, & debita veneratione tractari. 282
9 Pluris eſt æſtimandum à criminis aliquem liberaſſe contagio, quàm dignitatis ſplendeſcere throno. ibid.
10 Prudens ſuperior blandis, ſed efficacibus perſuaſionibus ſubiectos rationi reſtituit, & à malè cogitatis auertit. 283
11 Comitas, & humilitas animos ſibi conciliat, & furores inimicorum honeſtè incantat. ibid.

12 Quoduis

12 Quoduis eſt periculum deuorandum, vt contra Principem tentaſſe te nihil, dilucidè oſtendas, ac linguas, & ſuſpicionem maleuolorum occludas. 284
13 Suſurrones ſunt tranquillitatis peſtes, & Principum grata lues, 285
14 Prudens induſtria eſt Principum errores eo modo carpere, vt eis non videantur adſcribi. ibidem.
15 Iuſti aliquando virtutes ſuas referunt, non vt arrogauerint gloriam, ſed vt alijs profecerint ad doctrinam. 286
16 Magna Dei miſericordia eſt tibi aliquid de bonis temporalibus præcidi, quo poſſis ad ſaniorem mentem reuerti. ibid.
17 Vtilior nobis eſt iuſtus offenſionibus etiam exaſperatus, quàm iniquus beneficijs, & cognationis titulo obſtrictus. 287
18 Aliquando Deus laudabili quodammodò pertinacia cum peccatore contendit, & reportare palmam honori ducit. ibid.
19 Sæpè Deus per alium deteriorem peruerſum punit. 288
20 Dei iudicium acerrimum timorem debet incutere, & impia deſideria frænare. ibidem.
21 Humilitas, & honeſta deiectio ſuperbos perſequentis animos frangit, & cor etiam ſaxeum emollit. 289
22 Nequibis tranquillitate frui, ſi ex alienis quid concupiſcas, aut ſi, quod alij concupiuerint, habeas. ibid.
23 Satis non eſt ad obtinendam pacem contra potentiorem bellum non inſtruere, ſed eſt opus linguam frænare. 290
24 Humani iudices ſolent magnatibus morem gerere, & iniuſtam contra inualidos ſententiam promere. ibid.
25 Mirabilius videtur inuidi, pertinaciſque animum flectere, quàm dæmonem effugare. 291
26 Sumptuoſius eſt innocentiæ teſtimonium, quod hoſtis reddidit ipſa veritate compulſus, & virtutis euidentia coactus. ibidem.
27 Publicè tenetur honorem reſtituere, qui falſis credendo rumoribus aggreſſus eſt publicè denigrare. 292
28 Inimico benefacere eſt perfectionis elogium, & futuræ felicitatis auſpicium. ibidem.
29 Indubium eſt felicitatis auſpicium, non quod ſtudioſè poſſides, ſed quod generoſè relinquis. 293
30 Nonnulli parentes iura deſpiciunt, & ſolùm filiorum vtilitates attendunt 294
31 Plus ſitit ambitio nomina ſibi æternare, quàm animum virtutibus expolire. ibidem.
32 Sæpè inimicus recedit, vt faciliùs incautum ſubiuget. 295

## CAPVT XXV.

1 Deus ſanctos demortuos ſumptuoſa nobilitat funeris pompa, & latentem virtutem publicat confluente ſpontè frequentia. 297
2 Superbia ſupulchrorum affectat inſaniam, virtus in ſanctorum conſortio deligit ſepulturam. ibid.
3 Apud ſæculum magnus habetur, qui exundat diuitiarum facultate, etſi caruerit virtute. 298.
4 Feliciſſimus debet deprædicari, cui prudentem, moratamque contigit vxorem ſortiri. ibidem.
5 Stulti frequenter ſunt malitioſi. 299
6 Filicitas non ſemel eſt prudentiæ faſcinum, & ciuilitatis exilium. 300
7 Stultitia cum ingenij duritie ſolet coniungi, & aliorum conſilia ſpernere. ibid.
8 Sæpè, à quo magna ſperabamus, nulla, aut exigua recipimus. 301
9 Aliqui petendi modo largitorem offendunt, & negare petita cogunt. ibid.
10 Melius eſt emendicatò viuere, quàm æquitatem violare. 302
11 Quam miles obedientiam ducibus præſtat, noſtram erga Deum inobedientiam exaggerat. ibidem
12 Superbus diues, quam Deus ei offert occaſionem ſalutis, in cauſam vertit diſcriminis. 303
13 Stultus eſt, qui cùm poſſit vrbanis verbis, quod petitur denegare, mauult ruſticis, iniurioſiſque petentis indignationem accendere. 304
14 Nobilis, ingenuuſque, etſi ſibi iniurio facilè parcat, parentum iniurias ægrè diſſimulat. ibid.
15 Nonnulli non reddunt iure debitum, & profuſis quærunt donis liberalitatis elogium. 305
16 Nunquam auaritiæ deeſt color honeſtus, nec tenacitati titulus ad ſpeciem decorus. ibidem.
17 Nullus adeò contra auarum obarmatus, vt pauper abactus, & fame oppreſſus. 306
18 Superiorum error non eſt obmurmuratione infamandus, ſed ei ſolùm, qui mederi quiuerit, aperiendus. 307
19 Pauper, cùm vitæ ſubſidium accipit, grandi benedictione perſoluit. ibid.
20 Qui cum iuſtis conuerſatur, contra irruentia pericula veluti muro defenditur. 308
21 Vt accipientis merita imminuunt donantis munificentiam, ſic denegantis exaggerant auaritiam. ibid.
22 Chriſti Domini, ſanctorumque imagines nobis ſunt ſecura profugia, & ſalubria munimenta. 309
23 Heroicum eſt virtutis elogium ſtimulante fame continuiſſe ab illicitis manum. 310
24 Qui improbis inſeruit dominis, magnis ſe expoſuit periculis. ibid.
25 Qui aliorum mores abroſit, qui abroderet ſuos inuenit. 311
26 Vt plurimum iuſtorum ſugillant famam, qui morum neſciunt cuſtodire menſuram. ibid.
27 Peccatores, dum proximiores periculis, ſalubribus obſurdeſcunt plus monitis. 312
28 Peccatores ſic euanidis rebus addicuntur occupati, vt animæ ſalutis videantur prorſus obliti. 313
29 Diſtare nequit ruina, quando homo inuenitur in euanidis prodigus, & indigenti ſolùm auarus. ibid.
30 Seruus prudens, & benè moratus magnum Domino lucrum, malè moratus luctuoſum ſemper naufragium. 314

# Index Paragraphorum.


31 Qui diſcupit Deum placare, munera de pretioſioribus tenetur offerre. 315
32 Etiam anguſto tempore neſciunt fæminæ ſe non expingere, & ſpeculum conſultare. ibidem.
33 Qui Deum ſibi præſumit iratum, non tardet arripere dignæ pænitentiæ remedium. 316
34 Eleemoſyna eſt diuitias conſeruandi ingenium, immò adaugendi artificium. ibid.
35 Fœmina domum egrediens honeſto debet ſatellitio communiri, & contra iniquas ſuſpiciones armari. 317
36 Aliquorum vtilitas pſis neſcientibus eſt procuranda, quia aliter inſipienter apponet impedimenta. ibid.
37 Magna Dei miſeratione occurrunt nobis impedimenta, ne expleamus malè conſulta. 318
38 Auari nec apud ſæculum honorati, nec apud Deum ſpectabile nomen ſortiti. ibid.
39 Qui pro acceptis beneficijs iniurias rependit, contra ſe indignationis flammas extorquet. 319
40 Princeps, ſi delicta non puniat, hoſtiles vires contra ſe armabit. 320
41 Humilitas commendat preces, & indignationis emollit vires. 321
42 Prudentia eſt laudabiliter deijci, ne contingat ignobiliter conculcari. ibid.
43 Vera charitas, vt à proximo auertat imminentem ruinam, non recuſat ſubire pœnam. 322
44 Iuramenta inconſideratè emiſſa retractanda ſunt, non implenda. ibid.
45 Ira, quia ad vltionem cæcè feſtinat, aures monitis ſalubribus denegat. 323
46 Culpam ingenuè fateri, eſt iraſcentis furorem ſalubriter refrænare. 324
47 Prudens inſipientis ineptias debet contemnere, non acriter vindicare. ibid.
48 Mirum eſt ſi nomina veritati adaptentur nec diſcordare inueniantur. 325
49 Religioſa fiducia facilè impetrat, diffidentia vim orationis euacuat. ibid.
49 Iuſti nihil gloriæ ſibi arrogant, ſed omnem Numini adſcribi exoptant. ibidem
50 Qui ob Deum à vindicta abſtinet, Deum quodammodò ad ampliorem deſumendam vindictam cogit. 327
51 Quod Dei ſeruis præſtatur, ipſi iure præſtitum dicitur. ibid.
52 Munera ab offerentis affectu lucent adaucta, aut probantur imminuta. 328
53 Parum tibi prodeſt acquirere, ſi benè non noueris diſpenſare. ibid.
54 Iam Deus ad miſericordiam maturauit, cum à nobis munera accepit. 329
55 Non decet propriam vindicare offenſam, qui adminiſtrat publicam diſciplinam. ibid.
56 Dum quis virtutibus expolitior, omnem culpæ occaſionem euitat cautior. 330
57 Culpa in cauſa eſſe ſolet, ne magna ſortiaris augmenta. ibid.
58 Magna imprudentia eſt continuum virtutis filum abrumpere, & ſe criminibus ſordidare. 331
59 Arctiùs debet virtutibus illigari, qui multiplicibus inimicorum experitur perſecutionibus adurgeri. 332
60 Qui dignitate, & potentia abutitur, contra ſe ipſum calamitatem architectatur. ibid.
61 Ex hac ad aliam vitam ſe transferendum agnouerit, qui ſibi de poteſtate, dignitateque plaudit. 333
62 Etſi nullum aliud ſequeretur incommodum, euitanda eſt culpa ob conſcientiæ durum tormentum. 334
63 Principi curanda clementiæ fama, fugienda ſæuitiæ nota. ibid.
64 Grandius conferre nequis beneficium, quàm ſi culpæ impedias reatum. 335
65 Sibi acquiſiuit coronam, qui à proximo amouit culpam. ibid.
66 Magnis erroribus exponitur, qui cæco iracundiæ impetu rapitur. 336
67 Diſerta, & eloquens lingua ab hoſtium manibus extorquere ſolet arma. ibid.
68 Apud aliquos, ni in actum prodeant malè cogitata, non exiſtimantur delicta. 337
69 Sanctiſſima Virgo ſuis precibus hominem à decretis ſupplicijs eripit, & grata violentia quodammodò Deum retractare ſententiam cogit. ibid.
70 Feliciſſima ſunt cum ſanctis cognationis, familiaritatiſque vincula, vt impendentia tibi eluſeris detrimenta. 338
71 Breuis in pænitudine morula aliquando attulit grauiſſima detrimenta. ibid.
72 Coniuges vna debent reputari perſona, & vna in duobus viuere corporibus anima. 339
73 Bonus Reipublicæ adminiſter accedentis pro aliquo negotio fœminæ non priùs pulchritudini attenderit, quàm rationi. 340
74 Non licet ſeruis, quæ Domini ſunt, dilargiri, etſi nouerint ei nulli vſui futura, & ſine dubio perdenda. ibid.
75 Non eſt beneficium à quolibet accipiendum, ſed, cui debitores ſimus, penſandum. 341
76 Vnica Maria pro multis ſanctorum magnatibus valet ad auertendam Dei iram, & impetrandam nobis miſericordiam. ibid.
77 Infelix iucunditas, quæ à vitio exorta, & hilaritas ab ingluuie innata. 342
78 Graue imminet ſupplicium, ſi pauper diſpoliatur, vt vanitas adipetur. ibid.
79 Stultus eſt, qui ſuos diſpoliat, vt diſpoliantibus largitate profuſa impendat. 343
80 Non ſunt admonendi aliqua adfectione ebrij, quouſque ſuſcipiendæ doctrinæ apti. ibidem.
81 Sunt, qui ægrè ferant quid ab vxoribus pietati, & commiſerationi impertiri, cùm ab ipſis conſtet plurima dilapidari. 344
82 Iuſtis illatum ob aliqualem culpam ſupplicium eſſe ſolet felicitatis præſagium, improbis vlterioris calamitatis eſt argumentum. ibidem.
83 Qui in vita Deum non didicerunt timere, in morte ſolent timore nimio perire. 345
84 Tenaciſſimi caſus non lugetur, quia naturæ inimicus eſſe putatur. ibid.
85 Infelicem ſibi mortem maturat, qui in Dei amicos linguam obarmat. ibid.
86 Cordis duritia grauiſſimum Dei ſupplicium, & infelicis mortis præſagium. 346
87 Aliquando viduæ inter funeris etiam lachrymas diſponunt futuras nuptias. ibidem.
88 Inflicta inſolita pœna, ſolet Deus ſuis reſtituere honorem ablatum iniqua lingua. 347


89 Nullum

89 Nullum Dei ſeruus laborem debet recuſare, ſi poſſit animas verò Dauidi coniungere. ibidem.
90 Sæpè acerbus caſus diſponit animos, vt faciliùs Deo pareant, & gratas aures inſpirationibus præbeant. 348
91 Prudens inopinis fortunæ ſucceſſibus non inflatur, ſed demiſſiore humilitate munitur. ibidem.
92 Nullo magis anima dilectam ſe à Deo ſponſam teſtatur, quàm ſi alienas maculas abſtergere ſtudioſè conetur 349
93 Mirum eſt, ſi non minori ſolertia virtutis tractentur negotia, ac temporalia tractantur lucra. 350
94 Qui Dei inſpirationibus exprompté obtemperat, ſibi felicitatem maturat. ibid.
95 Virtutibus excultus non ſolùm Deo curat accedere, ſed & alios ſecum trahere. ibid.
96 Olim dignitas ornabatur pompæ modeſtia, nunc affectatur ſuperflua pompa. 351
97 Timendum eſt, ne vxores ſe honoris iniuria de maritis vlciſcantur, ſi aliarum teneri amore experiuntur. ibid.
98 Qui legis iniuria honorem exambit, culpa inficitur, & honore etiam priuatur. 352
99 Aliquando quod miles multis ſudoribus, diſcriminibuſque meruit, prætexta, aut fauor ſine labore acquiſiuit. ibid.

## CAPVT XXVI.

1 PEccatores nouis culpis periculum conantur redimere, & timorem cordis depellere. 354
2 Magnatum infortunata eſt fortuna, quia occaſiones offert perpetrandi peccata. ibidem.
3 Dæmoni ſpem tuæ ruinæ facies, ſi repetas locum, vbi es expertus periculum. 355
4 Non nocet ſolicita cura iterum indagare, quæ oculis conſtant videri. ibid.
5 Quæ eſſet dementia tentare, ſpeciali Dei pulſu ſancti non timent adire. 356
6 Qui timori, vt virtutem ſequatur, non cedit, æternum ſibi nomen procudit. 357
7 Magna debet confuſione perfundi, qui à quo vitam accepit, lædere ambiuit. ibidem.
8 Profundiori peccator indulget ſomno, cum plus conſtat approximare periculo. 358
9 Ni in Principe luceat ſolicita vigilantia, facilè eius miniſtros periculoſa occupabit inertia. ibid.
10 Sæpè, qui alium iniuſtè perſequitur, in eius manibus traditur. 359
11 Meditatio mortis, dum omnia oſtendit citò peritura, ob peritura edocet non perpetrare peccata. ibid.
12 Non eſt eadem indulgentia homuncionis crimen diſſimulandum, & magnatum ferendum. 360
13 Oportet conſtantiam contra aduerſitates ſtudioſiùs munire, & ne inuitante occaſione vacillarit, cautè firmare. ibid.
14 Aliquando talia ſolent contingere, quæ à Deo immiſſum Reipublicæ adminiſtris ſomnum videantur oſtendere. 361
15 Dum plus delicijs incumbitur, minus ſalus publica procuratur. ibid.
16 Eiſdem artibus, quibus adniſa eſt obſcurare malitia, ſplendidior ſolitat lucere innocentia. 362.
17 Ita adhibenda eſt medela, vt medendus nulla feriatur iniuria. ibid.
18 Qui alienos defectus corrigit, ſibi perſecutionem adſciſcit. 363
19 In moralibus melius vox admonentis percipitur, ſi diſtare à prauitate cognoſcitur. 364
20 Minus ſeduli ſunt miniſtri in obligatione adimplenda, quàm in notitia erroris vitanda. ibidem.
21 In communi etiam omnium culpa reprehenſibilior eſt, qui maiori dignitatis emicat excellentia. 365
22 Qui improbitatis ſuæ vult auxiliatores ſortiri, eorum errata tenetur diſſimulare. ibidem.
23 Nil patientiæ acerbius, quàm ſi te alloquatur blandiſſimis verbis, qui manifeſtè duriſſimis vrget factis. 366
24 Fas eſt iuſtis ſuam oſtentare publicitus innocentiam, & iniquam ſuſpicionis repellere à ſe calumniam. 367
25 Sanctorum in laboribus patientia grata Numini ſemper hoſtia. ibid.
26 Expromptum in Dei honorem moriendi votum jam reputatur martyrium. 368
27 Mali conſiliarij, & ad ſcelera irritatores Deo odioſi, & duris pœnis addicti. ibid.
28 Peſſima plurimorum exempla vel ſæua ingenia ad ſe rapiunt, & ad imitationem efficaci perſuaſione compellunt. 369
29 Honori ducunt magnates à malè etiam decretis non reſilire, ſed pertinaciter abſoluere. ibidem.
30 Quantò anguſtiori iuſti reſplendent virtute, tantò diſtant ab inani præſumptione. 370
31 Qui ſemel violauit, ſibi exinceps fidem ademit. ibid.
32 Melius corrigit, qui errorem facit agnoſci, quàm qui gemitum ſupplicijs emit. 371
33 Priuari, quibus malè vteris eſt felicitas, habere ad manum, calamitas. ibid.
34 Peruerſitas peccandi occaſiones ſibi procudit, virtus ab occaſione prorſus diſtare exambit. 372
35 Apud homines nil ſæpè anima vilius, & deſpicacius. ibid.
36 Ipſa ſecuritas noua eſt ſecuritate munienda, & vigili cautela ſeruanda. 373

## CAPVT XXVII.

1 IVſti etiam Dei reuelatione ſecuri ſe ipſos verentur honeſtè pauidi. ibid.
2 Boni Principes, vt inſeruientibus vitarint diſcrimina, non recuſant ſubire incommoda. 375
3 Non ſunt expectanda miracula, cùm poteſt ſaluti conſulere prouidentia, ibid.
4 Qui humane hoſpitio exceptus, ni ingratus velit audiri, omnem contra ſe tenetur ſuſpicionem vitare. 376
4 Vir eximijs dotibus præditus, vel apud aduerſarios ſuſpicitur honoratus. 377

6 Vrbani hoſpites refugiunt oneri eſſe, & hoſpitalitatis tempus protrahere. ibid.
7 In curia facilius eſt culpis infici, quàm heroicis virtutibus coronari. ibid.
8 Aliquando Principes, vt erga extraneos generoſitatem oſtendant, ſuos diſpoliant. 378
9 Eximijs agnoſcitur prærogatiuis lucere, quem inopia, paupertaſque non potuerunt obſcurare. ibidem
10 Miſer eſt populus Martiali manui vicinus, quia lugebit paupertatibus diſpoliatus. 379
11 Nonnullis peccatoribus eſt vita mulctari, à voluptatibus diuidi. ibid.
12 Nonnulli, vt liberius poſſint prædari, cum magnatibus ſolent prædas partiri. 380
13 Sæpèſæpius Principibus veritas tegitur, & notitia varijs artificijs eluditur. ibid.
14 Iuſtæ querelæ timor edocet aliquando ſæuitiam, & perpetratis cædibus emit cautelam. 381
15 Multiplicata flagitia veniæ ſpem ſolent auferre, & jam deſperatus decernit vitio inſeruire. ibid.

## CAPVT XXVIII.

1 VT Deus puniat peccata, contra peccatores Martia ſæpè adducit bella. 383
2 Qui pacta, fæderaque violat ambitioſus, ingemiſcere ſolet agminibus aduerſariorum oppreſſus. ibid.
3 Dei beneficia duriſſima contra abutentes ſunt arma. 384
4 Melioris fortunæ ſplendor quamlibet notam aut inaurat, aut obſcurat. ibid.
5 Sic Deus ſuos protegit, vt gordianis nodis conſtrictos eruat, & cæcas difficultates diſſoluat. 385
6 Poſt obitum oſtendunt infortunia quantum prodeſſet prudentis, ac iuſti viri præſentia. ibidem.
7 Qui vera dicunt, ſæpè magnatibus inuiſi, qui adulantur, pergrati. 386
8 Grauiſſimum Reipublicæ detrimentum eſt, ſi habeantur vt diuina oracula, quæ reuera falſiſſima ſunt reſponſa. ibid.
9 Nihil ſic Reges apud ſuos commendat vt religionis ſtudium, & diuini cultus ſolicitum deſiderium. 387
10 Dæmones inuictum robur oſtentant, vt vel ante congreſſum pauido perturbatos timore vincant. ibid.
11 Anxius, & ſolicitus ſemper timor eſt mors gemina, vita morte multiplici diſcruciata. 388
12 Bona conſcientia inter ſolicitudinis cauſas degit tranquilla, mala ſemper timoribus agitata. ibid.
13 Virtutum exambiuntur lucra ſed pendenda excuſantur pretia. 389
14 Aliquando politici non ſe attemperant religioni, ſed religionem accommodant tempori. ibid.
15 Sunt, qui veritatem quærant, quando nequeat audiri, & vbi non poſſit inueſtigari. 390
16 Fæminæ vt plurimum veneficijs concinnandis addictæ, ſuperſtitionibus inclinatæ. 391
17 Dignitate, aut nobilitate clarus affectatè à iudice præteritur, cùm in alijs idem crimen pænis ſeueriſſimis caſtigatur. ibid.
18 Veluti procerum fatum eſt adulationibus demulceri, & vera aut nunquam, aut rarò audire. 392
19 Vel breuis ſuperioris abſentia multa afferre ſolet incommoda. ibid.
20 Contra ſe opinionem gignit, qui veſtem demutat, & noctis patrocinium expectat. 293
21 Magia veritati inuenitur aduerſa, & magnis ſupplicijs digna. ibid.
22 Politici, prout illis expedire videtur, religione aliquando vtuntur. 394
23 Plures accedunt animo inſidiandi, & externa ſpecie colendi. ibid
24 Quem delicta fructum afferant, oportet expendere, nec cæcis oculis falſis ſpebus illudi. 395
25 Plures, vt præſentaneis medeantur angoribus, magnis non refugiunt ſordidari criminibus. ibid.
26 Non rarò magnates, dum priuatorum domos adeunt, facultati, aut honori inſidias diſponunt. 396
27 Pro magnatum arbitrio quis aut præmio cenſetur dignus aut ſupplicio inuenitur obnoxius. ibid.
28 Iuramentum apud antiquos ſumma obſeruantia cultum, & magna fuit religione obſeruatum. 397
29 Imprudentis eſt legem violare, & ſubire periculum, vt alienæ attuleris anxietati remedium. ibid.
30 Lex facillimè contemnitur, ſi ſtatuta à lege pœna vitatur. 398
31 Qui ſe Principum prorſus attemperant voluntati, non tam virtuti deſeruiunt, quàm ambitioni. ibid.
32 A Principe in conſiliarios debent eligi ſapientia præditi, & experientia approbati. 399
33 Qui cœleſtia inſpicit, facilè qualia ſint humana velut in ſpeculo deprehendit. ibid.
34 Ab his plus timendum, quibus contra legem obſequutus, & officijs obſequioſis dignatus. 400
35 Eximia virtus proprio ſe ſplendore publicat, & vel cæcis oculis manifeſtat ibid.
36 Qualis quis extremo vitæ tempore excedit, talis poſt mortem apparet. ibid.
37 Ex hac vita tranſitur ad aliam, viuet iterum inſtauratus, qui morte exiſtimabatur prorſus diſpunctus. 401
38 Magnates alios diſpiciunt florenti fortuna vſi, ſolùmque reuerentur calamitatibus preſſi. ibidem.
39 Ob vanas ſæpè ceremonias ſeria negotia impediuntur, & periculoſa iurgia excitantur. 402
40 A religione deficere eſt calamitatem calamitatibus addere. ibid.
41 Reprehenſione eſt dignus, qui addendo doloris cauſam, doloris quærit medelam. 403
42 Animæ incommodis non adeò affligimur, vt temporalium decrementis arctamur. ibid.
43 Deum inuenire ſolet ſurdum, qui audire detrectauit propitium. 404
44 Summa miſeriarum miſeria eſt à Deo deſeri, & aduerſarium ſortiri. ibid.
45 Dum peccator iniquis artibus ſolicitat, quod exambit, inuenire ſolet, quod horret. 405

46 Inuidi,

46 Inuidi, ambitioſique non tam ſe dolent deiectos, quam æmulos, dignitatum culminibus eleuatos. ibid.
47 Qua Deus erga te vſus fuerit miſericordia, declarant inflicta alijs ob leuiorem culpam ſupplicia. 406
48 Indulgentia ſceleratis impenſa, Reipublicæ, & indulgenti ingentiſſima aliquando attulit damna. 407
49 Non debet alto premi ſilentio cauſa, dum inſolita, ac grauiſſima mulctatur aliquis pœna. ibid.
50 Eandem ſubire ſolitat pœnam, qui fauit, & qui perpetrauerat culpam. 408
51 Sæpè diabolus, vt ſalubrem impediuerit pænitentiam, ſtultam ſaluationis ingerit peccatori fiduciam. ibid.
52 Qui iniquè filios anhelarunt extollere, eis contingit immaturè priuari. 409
53 Peccatores morti proximi ſolent acri timore percelli, & ſalubri virtutis robore denudari. ibid.
54 Dura aliquantò tolerantur ieiunia, vt perpetrentur ſcelera. 410
55 Principi pro ſuis decertanti fas eſt ſubſidia exhiberi, alimentaque miniſtrari. ibid.
56 Efficacia ſunt apud eum vota, pro quo petens conſtat grauia ſubiſſe pericula. 411
57 Priuata mulier non bonis artibus videtur vti, ſi pretioſis dapibus, & ſupellectilibus videatur ornari. 412
58 Bonus Princeps mauult ſibi deeſſe, quàm ſuos, & Rempublicam deſertare. ibid.
59 Milites non tam curant conſcientiæ prouidere, quàm fortitudinis gloriam aperta etiam ſe in pericula conijciendo acquirere. 413

## CAPVT XXIX.

1 IMprudentia eſt ea loca frequentare, in quibus expertus es inimicum præualere 414
2 Prudentia eſt collectis omnibus viribus contra hoſtem pugnare, ne aliter contingat imminui. ibid.
3 In benè conſtituta Republica preceres non ſectantur otia, ſed tractant arma. 415
4 Nobilior in acie locus non eſt extraneis deſignandus, ſed proprijs militibus exhibendus. ibidem
5 Quos ſpecialis Principum amplectitur gratia, dura inſectatur inuidia. 416
6 Non erubeſcet ad dignitates euectum, quem non alienis relationibus, ſed per ſe ipſum expertus eſt Princeps virtutum dotibus inſignitum. ibid.
7 Diuina prouidentia in ſuorum vertit commoda, quæ parabantur ab æmulis detrimenta. 417
8 Aliquando prætextati tantam ſibi auctoritatem vendicant, vt quod decernunt, velit nolit Princeps, haberi ſanctum præſumant. ibid.
9 Magiſtratus ſtudioſè Reipublicæ debent conſulere, & periculis ſuſpectis rationabiliter obuiare. 418
10 Politici, aulicique, quem laudibus efferre videntur, obſcurare artificioſè conantur. 419
11 Prudentis eſt proprio iudicio non fidere, ſed ſi plures cordati contrarium ſentiant, deponere. ibid.
12 Superior, dum præcipit aſpera, modo debet mellire, & comitate leuare. 420
13 Prudentia eſt, ſi malè animatos magnates ſenſeris, declinare, nec præſentiæ irritamentis offendere. ibid.
14 Opus eſt aliquando dare querelas, ne taciturnitas admiſſas videatur teſtari culpas. 421
15 Plures datis de induſtria querelis ſatagunt culpam tegere, & innocentiam mentiri. ibidem.
16 Singulare elogium eſt in curia Angelicis moribus exornari, & ad leges olympi viuere. 422
17 Mariæ cœleſtis auroræ lux noſtros greſſus dirigit, & inimicorum inſidias arcet. ibid.
18 Prudens ad profectionem neceſſaria maturè comparat, nec temporis vrgentiam expectat. 423

## CAPVT XXX.

1 DÆmones acerbius contra eos inflammantur, à quibus ſæpius vincuntur. 424
2 Si præſules, ſuperioreſque regali aſſiſtant in aula, magna eorum abſentia ſubiectis afferet detrimenta. 425
3 Sunt, qui blandis lambant, vt ardentibus flammis adurant, ibid.
4 Inhoneſtum, exiguumque lucrum maximum afferre ſolet diſpendium. 426
5 Qui Dei religioſè non adimplet mandata, honoris, & facultatis patitur detrimenta. ibidem.
6 Pro acceptæ ab hoſte cladis menſura eſſe debet pænitudinis, lachrymarumque copia. 427
7 Citò fortuna vertitur, & à throno ad captiuitatem tranſitur. ibid.
8 Inopina damna grauiori dolore exulcerant, & diuexant. 428
9 Populus inſanit in ſuperiorem etiam innocuum, ſi incommodis gemat preſſus, & calamitate diſcrucietur vexatus. ibid.
10 Iuſtus, cum grauioribus calamitatibus advrgetur, maiori etiam conſolatione, ac ope cœleſti fruitur. 429
11 Qui plagam ab inimico accepit, animo non cadat, ſed notam depellere nobiliori triumpho præſumat. ibid.
12 Non eſt internis motibus audax fiducia adhibenda, ſed ſententia Domini prudenti conſultatione exploranda. 430
13 Prudens per otium conſultat, ſed decreta conſultò accelerat. 431
14 Non adeò eſt mirum optimis exemplis non excitari, ac prauis non detineri. ibid.
15 Subſidio eſt virtuti mundi aſſecla deſpectus, & plurimis laboribus diuexatus. 432
16 Miniſtrorum Chriſti eſt proprium egentes alere, & ad virtutis iter adducere. 433
17 Grande ad euertendos dæmones ſubſidium eſt pauper generoſè altus, & æger miſericorditer fotus. ibid.
18 Quæ putabantur infauſta, inueniuntur non ſemel commoda. 434
19 Mundus ſibi inſeruientes aliquali mercede munerat, ſi nequiuerint inſeruire, deſertat. ibidem.
20 Apud Principes ingenua æſtimanda eſt

veritatis confeſſio, vt abominanda aſtuta diſſimulatio. 435
21 Diabolus, vt aſſequatur magna, priùs tentat exigua. ibid.
22 Qui tempus triuit ſæculo addictus, recolligat eximiè virtutibus conſecratus. 436
23 Auerſari animitus ad peccati redire iugum, veræ eſt pænitudinis argumentum. ibid.
24 Peccator tunc degit ſecurior, & lætior, cum diſcrimini inuenitur proximior. 437
25 Diuitiæ iniquis artibus acquiſitæ poſſeſſori inſidiantur, & miſeram ſtragem moliuntur. 438
26 Si deſit vnio, hoſtis ſine laborioſa pugna opulenta potietur præda. ibid.
27 Sibi conſulit, qui ſalubri pœnitentia imminentia eluſit pericula. 439
28 Non eſt tardandum recuperari, quod malè agnoſcebatur amitti. 440
29 Glorioſior Principis plauſus eſt ſuos à miſerijs releuare, & diuitijs adaugere. ibid.
30 Vt integer reſplendeat triumphus, non ſunt ſenſus ſequendi, ſed prudenti ratione minandi. 441
31 In Republica benè conſtituta nullus otioſus permittitur, ſed cuiuſque viribus labor attemperatus imponitur. ibid.
32 Sine rubore Domino poſſunt occurrere, qui ſtuduerunt ſibi commiſſa fideliter aſſeruare. 442
33 Cupiditas peruersè eſt prouida, & prouidenter auara. ibid.
34 Semper inuenit, quo dehoneſtet competitorem auarus, & ambitioſus; ſemper quo nobilitet ingenuus, & largus. 443
35 Durum tormentum eſt alendi vxorem, filioſque obligatione adurgeri, & facultatibus denudari. ibid.
36 Prudentia eſt aliquali diſpendio redimere iurgia, & iurgiorum euadere incommoda. 444
37 Chriſtus Dominus præ diuitijs hominem æſtimat, home præ homine diuitias amat. 445
38 Humanus, & ciuilis Princeps facilè in ſuam trahit ſententiam, & iniquorum etiam flectit malitiam. ibid.
39 Bonæ politicæ congruit ſtabili lege vitare, vndè iurgia poſſunt oriri. 446
40 Magiſtratibus, Reibublicæque ſenioribus omnes geſtiunt munera dilargiri, quibus eorum poſſint beneuolentiam mereri. ibid.
41 Non ita cognationis vinculo fidas, vt fouere muneribus, & officijs ſpernas. 447
42 Ingenuus, quàm primum poteſt, benefactoribus ſuis reſpondet, & gtatiam reddit. ibidem.
43 Nequit à Deo largiter non munerari, qui eius ſeruulos benignè nouit excipere. 448

---

## CAPVT XXXI.

1 Miſera Reſpublica, ſi militiam profeſſi, ambiant ſolummodò annonam, & ſubire detrectent pugnam. 449
2 Semper diabolus adnititur nos virtutum fructibus viduare, vt faciliùs poſſit euertere. 450
3 Dum parentes iniquis artibus ſtudent prolem felicitare, inueniuntur radicitus interimere. ibid.
4 Optabilius eſt honeſta morte vitam finire, quàm indignis factis ſeruare. 451
5 Princeps, ſuperiorque plus debet generalitati conſulere, quàm proprijs filijs attendere. ibidem.
6 Imprudentia eſt calamitatem timore præmaturare, & inani metu adaugere. ibid.
7 Satius eſt acerrimis pœnis aduri, quàm piaculis defædari. 452
8 Qui culpæ agnouerit fæditatem, acerrimæ etiam pœnæ non excuſabit dolorem. 453
9 Superiori, Principique ſolicitior eſſe debet cautela, quia acrior contra ipſum dæmonem inſurgit pugna. ibid.
10 Principes inſtante morte ſolent ſortiri, qui adulationibus foueant amentiam, & ſolicitent ruinam. 454
11 De infligentis manu creſcit calamitatis miſeria, & apparet luctuoſior ruina. ibid.
12 Pluris apud peſſimos rerum æſtimatores euanidus honor habetur, minimi animæ ſalus æſtimatur. 455
13. Poteſtas contra abutentem vertitur, & abuſus duriſſimis pœnis ſoluitur. ibid.
14 Sunt, qui vt fugerint, mortem ſibi ſtultiſſimè maturarint. 456
15 Non ſemel ab inſolenti vitæ audacia in morte procreatur nimia triſtitia. ibid.
16 Certa animæ clade, famæ exambitur celebrari opinione. 457
17 Calamitatis eſt cumulus, ſi filius iners viuat & benè moratus, ac eximius è vita excedat. ibid.
18 Nobilis, ingenuuſque potius eliget honeſtè cadere, quàm non bono rubore ſuffundi. 458
19 Magnatum ſtrages conſulit delicijs ſæculi renuntiare, & tutiora ſaluti petere. 459
20 Periculoſa vitat certamina, qui migrat omnibus relictis ad tuta. ibid.
21 Non ſic lucem anteuertere edocuit virtutis ſtudium, vt diuitiarum edocet deſiderium. 460
22 Præhabiti honores, & facultates ſolùm deſeruiunt peccatoribus poſt mortem ad probra incrementanda, & ad tormenta adaugenda. 461
23 De Victoris imbecillitate creſcit deuicti ignominia, & adaugetur infamia. ibid.
24 Diabolus Dei mimus quidquid intuetur, inuida peruerſitate æmulatur. 462
25 Eximium dæmonibus gaudium eſt, ſi adſpiciant ſubiugatum, quem eximijs triumphis conſpexerant redimitum. ibid.
26 Generosè gratus, ſi à Deo ſpecialia acceperit beneficia, templis ſuſpendit clariſſima teſtimonia. 463
27 Poſt mortem etiam inuenit gratitudinis obſequium, qui ſuperſtes benè collocat beneficium. ibid.
28 Studioſiùs curandum eſt animæ refrigerium, quàm ſuperbum corpori humando ſepulchrum. 464